

THEODOSIANI

LIBRI XVI

CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

AD SVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS PRIOR

PROLEGOMENA

Digitized by srujanika@gmail.com

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

CONSPECTVS PARTIS PRIORIS

	pag.
Conspectus subsidiorum ad Theodosianum adhibitorum	VI
Conspectus subsidiorum ad Sirmondianas adhibitorum	VIII
 PROLEGOMENA IN THEODOSIANVM	
Cap. I. Theodosiani origo et usus	IX
Rubricae Edicti Gregoriani Theodosiani Iustiniani	XIII
Breviarii Alariciani praescriptio auctoritas subscriptio	XXXI
Cap. II. Theodosiani integri codices	XXXVIII
Cap. III. Ex Theodosiano integro excerpta praeter Alariciana .	LIX
Cap. IIII. Breviarii integri codices	LXV
Cap. V. Additamenta Breviarii sumpta ex Theodosiano integro	LXXXII
Cap. VI. Breviarii exempla breviata et incerta	XCIII
I. Libri decurtagi	XCV
II. Epitomae	C
III. Varia et minora	CII
IV. Excerpta ex Breviario	CIII
V. Libri latentes vel deperditi	CIV
Cap. VII. Theodosiani editiones et apparatus	CVII
Cap. VIII. Crisis librorum	CXIX
Cap. VIIII. Orthographia librorum et compendia	CXLII
Cap. X. Constitutionum auctores et acceptores et dies locique	CLIII
I. Imperatores	CLX
II. Constitutionum acceptores	CLXII
III. Tempora et loci	CCIX
DE VSV BREVIARIII ALARICIANI FORENSI ET SCHOLASTICO PER HISPANIAM GALLIAM ITALIAM REGIONESQVE VICINAS adiecto indice locorum ex Breviario adhibitorum scripsit <i>Alfredus</i> <i>de Wretschko</i>	CCCVII
PROLEGOMENA IN CONSTITUTIONES SIRMONDIANAS	CCCLXXVIII

Opus Theodosiani edendi a THEODORO MOMMSEN
consilio et auctoritate Academiae Litterarum Regiae Borus-
sicae anno 1898 susceptum atque continuo labore matura-
tum paene absolutum erat, cum vir summus kalendis
Novembribus anni 1903 e vita excessit. Prolegomena inde
a pagina CLXXXV amici, quibus hoc munus Mommseni
voluntate delatum erat, typis mandanda curaverunt.

CAPVT QVINTVM.
ADDITAMENTA BREVIARII
SVMPTA EX THEODOSIANO INTEGRO.

Alaricus rex breviarium emittens iudicibus regni Visigothorum praescripsit, ne ullam legem iurisve formulam in foris suis sinerent allegari in corpus illud non relatam. Huic iusso quod ipsa interpretatio refragatur remittens bis (3, 13, 2 — 3, 16, 2) ad Pauli responsa in breviarium non recepta, supra p. XXXV rettulimus ad conditionem Breviarii ab auctoribus non absolutam et intempestivam eius publicationem. Post Alaricum haec lex ut putanda est obtinuisse in Hispania et in Septimania, ita in reliqua Gallia non tam videatur exolevisse quam numquam recepta esse, quoniam Galliae Wisigothicae longe maior pars paucis annis post breviarium publicatum Francorum regibus cessit, ad Francicam autem Galliam interdictio illa Alaricana non pertinuit. Omnino Breviario Galli utebantur non propter iussum Alarici¹⁾, sed pro lege Romana, adhibentes una cum corpore eo quidquid ex iure Romano praeterea ad manus fuit, scilicet ea quae cum eo corpore tradita habemus Ulpiani regulas et legem Burgundionum Romanam, maxime autem si quos libros in corpore illo breviatos nacti sunt integros, Pauli sententias, codices Gregorianum et Hermogenianum et Theodosianum, novellas post Theodosianum emissas. Itaque cuiusvis horum librorum editori duplex quaestio instituenda est, altera de forma eorum Wisigothica, altera de additamentis Alarico posterioribus, potuitque eorum temporum peritus qui novellis plenis utebatur reliqua opera habere breviata tantummodo.²⁾ Iam igitur nos procedimus ad mutationes, quas subiit Theodosianus ab Alarico in compendium redactus.

Imminutum esse compendium Alaricianum per tempora posteriora in universum ne-gandum est, ut mittamus hoc loco exemplaria decurtata itemque epitomas, de quibus postea dicetur. Exceptionem facit una constitutio 4, 4, 7 in libris longe plerisque, scilicet in classis nostrae prioris *NO* et in omnibus posterioris, finiens in verbis *lucra non capere*, propterea quod interpretatio addit: *extrema pars legis ideo non habetur scripta vel exposita* (sic *HNB*, *scripta vel om. reliqui*), *quia novella lege calcatur*; servaverunt recisa ex libris hodie notis soli *HBE*.

Additamentorum ad Theodosianum duo genera sunt, alia ad finem breviarii seorsum adscripta, alia ipsi breviario inserta. Utrumque genus quamquam etiam ad decurtatos codices quosdam et aliquas epitomas pervenit, ante eorum recensum placuit exponere. At codicum parentelas determinandas neutrum genus multum confert propterea quod contaminatio exemplarium in breviario et mature coepit et late patuit.

¹⁾ Nihilo minus credibile est temporis posterioris peritos parum sollicitos de regni Alarici finibus auctoratem eius ad Gallica tribunalia omnia rettulisse; quo dicit cum auctoritas eius recepta in exemplaria permulta etiam decurtata et epitomata (p. XXXII) tum quae supra (p. XXXVII) observavimus de auctoritate ea iterata a Karolo magno.

²⁾ Notabile est quod in capite sexto ostendimus Consultationis auctorem adhibuisse Theodosiani breviationem Alaricianam una cum Gregoriano et Hermogeniano integris.

Prioris ordinis auctaria postquam ipsa ediderunt Haenelius (brev. p. 452—455) et *Appendix prior et posterior* adiecto iusto apparatu separatisque appendicibus duabus Kruegerus (coll. libr. iur. ante iust. vol. 3 [1890] p. 247—263), de iis hoc loco pauca sufficient, eo magis, quod non Theodosianum solum supplent, sed item Gregorianum et Hermogenianum et Pauli sententias. Appendices duas coniunctas exhibent libri duo Eporediensis 35 nobis *E* (cum inde descripto Parisino 4406 f. 53—55) et in hac certe parte simillimus ei Berolinensis Lat. fol. 270 folii 12. 13. 11 (sic ordinantis), noster *F*. In his post breviarium nullo intervallo legitur primum appendix posterior, cui subscrribitur: *expl. lib. iuris feliciter*; deinde prior sub praescripto corrupto *institutio Gregoriana*; subscrribitur in Eporedensi (Berolinensis mutilus est) *explicit liber Theodosii et nostrarum*. Separandus inde est commentariolus *de trina conventione* (§§ 11—14 Krueger), quem separatim exhibent codices Lugdunensis Vossianus quart. 47 et Parisini duo 4406 (f. 57, vide supra p. LXXVIII) et 4410 (adiuncto folio inde evulso Paris. 4406 f. 68) ediditque inter formulas medii aevi Zeumer (MG. form. p. 534 c. 3). Appendix posterior alibi non invenitur; prior Kruegeri reperitur sola in codicibus quinque, plenis quattuor, Parisinis duobus 4403 (nostro *L*) et *nouv. acq.* 1634 (antea Aurelianensi, nostro *K*), Montispessulano 84, Vaticano Ottoboniano 2225, item in quinto epitomae Monachi quae dicitur Parisino 4419; habuit eam item Hincmarus Remensis (p. LXXXIX). — In Montispessulano post Papiniani locum Breviarii extremum et constitutiones Gregoriani codicis quattuor 4, 2, 5, 1, 10, 1, 12, 2 (cf. Krueger l. c. p. 249) et breviarii subscriptionem *expl. lib. iuris feliciter* appendix haec legitur tam sine praescripto quam sine subscriptione. Consentient Ottobonianus et Aurelianensis, nisi quod ab his absunt constitutiones Gregoriani quattuor et quod in Ott. subscrribitur simpliciter *expl.* Neque aliter videtur appendix haec scripta fuisse in Parisino 4403, ubi foliis tam eo quod precedebat quam eo quod sequebatur deperditis appendix haec utrimque mutila est (p. LXXVII). Epitomae Monachi codex Paris. 4419 inter ipsam epitomen et appendicem hanc interponit caput *de meretricibus et infamibus* (dabitur infra ubi epitome ea recensetur) et interpretationem novellae Theodosii 15 *de curialibus (nulli . . . subiturum)* et subscrribit appendici: *explicit liber legum Romanorum*. — Inter exemplaria Appendicis quae habemus optima sunt Montispessulanum et Ottobonianum et quatenus pervenit *L*, deteriora *EFFK* Paris. 4419. — Continent appendices duae locos selectos ex iisdem libris quos adhibuerunt periti Alariciani; ex Theodosiano sumptae sunt, ex parte adiectis numeris libri titulique, in appendice priore constitutiones 1, 2, 11 — 1, 2, 12 — 1, 16, 12 — 1, 22, 3 — 1, 34, 1 — 4, 16, 1 — 4, 17, 1 — 4, 17, 2 — 4, 17, 4, in appendice posteriore 2, 18, 2 — 4, 18, 1 — 6, 27, 10 — 10, 13, 1. — Constitutiones in appendicem priorem receptas primus edidit Cuiacius a. 1566, fortasse ex libro Montispessulano; ex altera constitutionem 2, 18, 2 (reliquas aliunde habuerunt priores) primus edidit Gothofredus usus excerptis Pithecanis ex Parisino 4406. Apparatum dedi ad codices supra recensitos omnes.

Additamentorum ad Breviarium adiectorum ex Theodosiano integro alter ordo complectitur rubricas constitutionesve ipsi corpori Breviarii insertas. Recensentur eae in hoc capite ad ordinem Theodosiani non exclusis insiticiis; si qui codex plura eius generis additamenta exhibet, ad primum eorum omnia tractantur. Invenientur in hoc recensu constitutiones omnes, quas exhibent pleni Breviarii libri non omnes, eae quoque, quae instructae sunt interpretatione facta ad formam Alaricianam; dubitationi, utrum eae magis ex parte codicum exciderint, in brevario locum esse supra negavimus idque infra ad singulas confirmabatur.

I. GESTA IN SENATV; TH. 1, 1—16.

GESTA
ET 1, 1—16

Ambrosianus C. 29 inf., nobis *A* (Haenel 5 = 20), praeter alia a glutinatore cum hisce nostris coniuncta (scilicet Ciceronis de officiis libros et scholia in eiusdem orationes in Catilinam, pro Marcello, Ligario, Deiotaro ex hoc codice ab *A*. Maio in lucem protracta ed. Orell. vol. 5 part. 2 p. 369 seq.) extremo loco continet in quaternionibus binionibus undecim numeratis, scriptis ab eadem manu saec. fere XI perita et pulchra (specimen est apud Clossium) Institutiones Iustiniani (qu. I—VII et binio VIII; subscr. *explicit liber quartus institutionum*; vacant deinde paginae due) et partem primam Brevi-


arii Alariciani (binio VIII = f. 141—144; qu. X = f. 145—152; quarterno XI deficientibus foliis duobus quinto exciso, octavo deperdito = f. 153—158). Binio signatus VIII (f. 141—144) continet gesta senatus de codice Theodosiano publicando adiecto rescripto ad constitutio-narios; indicem titulorum codicis Theodosiani totius cum subscriptione *explicant tituli libri theodosiani* librorum indicatione miniatori relictæ neque expleta; denique sub praescripto *de Theodosiani codicis auctoritate* Theodosii novellam primam item in indice eo recentitatem; reliqua pars paginae vacua remansit. Quaterniones X. XI (f. 145—156) continent, rubricis praeter unam (l. 2, 3) miniatori ad explendum relictis, ipsius codicis librum primum, cui subscriptitur *explicit*, item secundi partem primam ad tit. 4 c. 6 verb. *proponat et*, in quo finit q. XI f. quartum; quintum cum excisum sit, fortasse quaedam perierunt, non multa tamen, nam f. 157. 158 (cohaerentia cum f. 154. 155) quaternionis XI sextum et septimum librarius vacua reliquit¹⁾; itaque codex descriptus sit necesse est ex archetypo mutilo finiente 2, 4, 6 aut paulo post. In iisdem foliis 157. 158 prima pagina vacua relictæ post tempus perscriptus est manu recentiore ‘rhythmus in assumptione virginis Mariae’ cum subscriptione hac: *hanc prosam attuli de Montagut in festi s. Katerine anno MCCXII* (non XIV) *ab incarnatione domini*, qui locus ubi fuerit (de Agunto Norici Clossius cogitavit, de Montaigu Galliae Haenelius) equidem ignoro. De origine codicis cum aliunde non constet, scripturæ corruptæ (*iusta* = iuxta 1, 6, 12; *subiectio* = suggestio 1, 10, 8, 1, 15, 3) ad Italiam potissimum ducunt. Theodosiana huius libri reperta a se a. 1820 et diligenter et plene descripta edidit Walth. Frid. Clossius (Theodosiani codicis genuina fragmenta ex membranis bibliothecæ Ambrosianæ Mediolanensis nunc primum edidit W. F. Cl. Tubingae 1824. 8). Librum post eum recognovimus editores Theodosiani Haenel et Vesme et a. 1868/9 Paulus Krueger noster et a. 1899 ipse ego.

Archetypum, cuius mutili facti partem primam codex servavit, breviarium repræsentavit compendiatum ad formam Alarici, sed auctum ex Theodosiani integri exemplari imperfecto finiente fortasse 1, 16, 5. Continentur eo haec:

1. Gesta senatus de publicando codice Theodosiano a. 438 cum subscriptione Laurentii scribae et constitutione de codice describendo data a. 448 in hoc solo libro servata sunt.
2. Theodosii novella prima inscripta *de Theodosiani codicis auctoritate*.
3. Indici rubricarum praeterea sumpto ex breviario in libro primo inter eius rubricam quintam *de officio praefectorum praetorio* et sextam *de officio rectoris provinciae* inseruntur rubricæ novem in indice nostro p. 5. 6 signatae numeris 6 *de officio praefecti urbis* ad 14 *de officio praefecti Augustalis*, separatae tamen a rubricis breviarii per interstitia et marginem latiorem a librario evidenter eo intento, ut duo archetypa a se adhibita distingueret. Rubricæ haec cum sint eae ipsae, sub quibus deinde librarius exhibit constitutiones in Breviarium non relatas (nisi quod deficit in indice casu omnino 15 *de officio vicarii*), desumpserit eas necesse est ex ipso Theodosiano, non ex adjuncto ei indice titulorum, sed praescriptas titulis suis, quoniam postea indicem ad breviarium exhibit, substitutus scilicet exemplari Theodosiani.
4. Post libri primi titulos tres primos, quos codex dat ad breviarium, a quarto inde ad tit. 16 const. 6 librarius seposito breviario (quamquam adsunt etiam in hac parte eius interpretationes) Theodosianum integrum secutus est. Praeterisse eum quaedam sive consilio sive casu (ut postea in breviario praeteriit 1, 16, 13) ostendit codex unus, quem cum hoc componas, Taurinensis habens huius libri tituli quinti leges 4—14, quarum duae 6 et 12 in Ambrosiano deficiunt. Nihilominus verisimile est in hisce titulis Ambrosianum a plenis libris non multum differre.
5. Libri sexti rubrica nobis secunda *de senatoria dignitate*, quæ abest a breviario, ante titulos eius libri in Breviarium receptos in indice est rubricarum Ambrosiano, cuius archetypum verisimile est in hoc titulo constitutionem unam pluresve aliquot ad breviarium addidisse.

¹⁾ Quaternio XI hodie sic cernitur:

153. 154. 155. 156. * 157. 158. *



6. In l. XVI praeter titulos in breviarium relatos Ambrosianus habet quarto loco in eo omissum *de his qui super religione contendunt*, item post rubricas Theodosianas subiungit has spectantes ad constitutiones Sirmondianas:

de his qui famis (fames *A**) tempore sunt collecti
de his qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur.

Archetypum igitur in l. XVI prope accessit ad id genus codicum de quo postea dicemus *DYO*, quamquam, nisi index fallit, non omnia habuit in hos recepta.

Ad textum quod attinet, secunda manus in libro non cernitur, sed librarius quae scripsérat ipse emendans non uno loco (1, 10, 8, *13 — 1, 15, 3, 3) tradita corrupit.

II. RVBRICAE LIBRI I.

Rubr. l. I

Index Parisinus rubricarum libri primi servatus est in solo codice Parisino 4413 saec. X post breviarium decurtatum folio extremo. Sub praescripto *de nomina officialium qui curam gerebant antiquo iure in Romanam* recensentur rubricae sedecim (secundum nostram numerationem 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 28. 30. 31. 33. 34) aperte sumptae ex codicis Theodosiani exemplari pleno, respondentes aliunde testatis nostris 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 34, ut etiam septem reliquas dubium non sit ibidem adfuisse. Ad rubricas singulas pauca verba adiecta sunt ad eas interpretandas pertinentia, quorum quaedam appetat proficiisci ex ipsis constitutionibus. Repperit indicem Gustavus Haenel ediditque primum in Richteri annalibus criticis 1 (1837) p. 665, deinde cum Theodosiano ad l. 1 tit. 17. Ego indicem, cuius lectio pluribus locis evanida est et incerta, cum rubricis edidi p. 5—8 ad exemplum diligentissime sumptum a Kruegero.

III. 1, 2, 9.

1, 2, 9

Leges duae 9 de diversis rescriptis (1, 2) et 13 de officio rectoris provinciae (1, 16) ipsae veniunt ex uno codice, nobis *F*, deperdito Pithoeano adiecta interpretatione (v. p. LXXIX). Habuerunt eas praeterea archetypa codicum plurium decurtatorum: interpretatio utriusque cum subscriptione prioris est in Leid. Voss. 47; interpretatio prioris in Ambrosiano C 276 inf. et Taurinensi H. VI. 24; interpretatio posterioris in Fuldensi. Utramque habet praeterea epitome Aegidiana. — Quamquam interpretatio adest, has duas constitutiones integras servatas in uno Pithoeano dubium non est afuisse ab archetypo Alarici additas postea ex Theodosiano integro et interpretatas.

IV. 1, 15, 17.

1, 15, 17

L. 17 de officio vicarii (1, 15), quae cum inscriptione et subscriptione reperitur in codice Ambrosiano, cum rubrica sua additoque eius vero numero *XV*, sed sine inscriptione et subscriptione et praescripto vocabulo *intp*, reperitur in decurtatis duobus Parisino 4412 (a quo numerus rubricae non abest) et Vaticano reginae 1023. Ex illo, qui fuit Pithoei, quamquam dubitabat Haenelius, Pithoeus eam adscriptis ad exemplar ed. Cuiaciana a. 1566 adnotans 'ex v. c. meo de officio vicarii' indeque eam edidit Cuiaci in ed. a. 1586. Simil prodit constitutio Alexandri Greg. 9, 1, quam habent libri duo Parisini 4412 et *nowv. acq. Lat.* 1631 (antea Aurelianensis). — Indidem venit, quod in iisdem libris, qui habent numerum XV, ad titulos libri primi quattuor in breviarium receptos adscripti sunt numeri inde pendentes, scilicet *de officio rectoris* (brev. VI) *XVI* — *de officio iudicium civilium* (brev. VII) *XVII* — *de defensoribus civitatum* (brev. X) *XX* — *de adssessoribus* (brev. XI) *XXI* (sic in indice rubricarum codicis Parisini).

V. 1, 16, 8.

1, 16, 8

L. 8 de officio rectoris provinciae (1, 16) eo loco (nam est item in cod. Iust. 3, 3, 5) edidit sine interpretatione Iac. Gothofredus 'ex ms. nonnullis ac nominatim ex ms. P. Danielis'. Eius codicis alibi mentio non fit.

VI. 1, 16, 13 vide ad 1, 2, 9.

1, 16, 13

VII. 2, 7, 1. 2.

2, 7, 1. 2

Leges 1. 2 de dilationibus (2, 7), ut in hac editione numerantur, in codice Guilelmi Malmesburiensis Oxoniensi adscriptas esse ad archetypum Breviarii ex ipsa serie constitutionum intellegitur; scilicet proponuntur ita:

— LXXXVI —

tit. de temporum cursu	4 a. 338	= nostrae ed. 2, 6, 4
tit. de dilationibus	[1 a. 314]	= nostrae ed. 2, 7, 1
	[2 a. 327]	= nostrae ed. 2, 7, 2
	3 a. 340	= nostrae ed. 2, 6, 5.

Nam constitutio a. 340 propter argumentum ad titulum *de temporum cursu* referenda et praescriptionem habens (etiam in *O*) *idem A4.*, electis iis et suum locum obtinet et recte refertur ad eundem imperatorem atque constitutio a. 338; contra interpositis cum Oxoniensi duabus et a suo titulo movetur et male adscribitur Constantino. Accedit quod traduntur fere cum C. Th. 8, 12, 1, quam additiciam esse infra demonstrabitur. — Praeter Oxoniensem constitutio posterior legitur in folio 100 hodie solitario codicis Vat. reg. 520, de quo mox dicetur; interpretatio utriusque invenitur etiam in decurtatis tribus Parisino 4408, Parisino 4409 et Bernensi 263.

3, 12, 1 VIII. 3, 12, 1.

L. 1 de incestis nuptiis (3, 12) adest cum interpretatione et loco suo in exemplaribus plenis *BOELK*, item in fragmento Parisino 4406 f. 69; interpretationem solam habent ex decurtatis Bernensis 263, Parisinus 4409, Vaticanus reg. 1048. Epitomae eam agnoscent Guelferbytana et Sangallensis. Abest a classis deterioris, sed item antiquioris melioribus omnibus, item a libro egregio classis melioris *N*; denique in codice Parisino 4406 ita legitur, ut additiciam esse deprehendas; nimur ipsis praescribitur 'iste titulus est primus de incestis nuptiis', sequuntur sub rubrica 'XII tit. de incestis nuptiis' constitutiones tres vere in breviarium receptae. Etiam quod haec constitutio matrimonium cum filia fratris sororisve interdicit adiecta capitali poena, suadet legem non omissam esse utpote nimis duram, sed per zelum episcopalem ex Theodosiano integro ad breviarium ita adiectam, ut additionis vestigia celarentur.

3, 18, 2 IX. 3, 18, 2 (Haenel).

Constitutio apud Haenelium 2 tituli qui petant (3, 18), reperta in uno libro *L*, propter ea quae p. LXXVIII exposui ficticia habenda est.

4, 8 – 12 X. 4, 8 – 12.

Volumen hodie Vaticanum reginae n. 520, aliquando Petri Danielis (cuius nomen legitur f. 94. 98'), deinde Claudii Puteani (cuius nomen est f. 1 erasum), postea, ut diximus, reginae Christinae, complectitur foliis 123 reliquias codicum variorum ad quadraginta, quarum pleraque videntur proficisci ex bibliotheca monasterii S. Benedicti Floriacensis (Fleury) ad Ligerim¹⁾ direpta per turbas civiles saec. XVI medio, servatas per Petrum Danielem advocationem Aurelianensem et praefectum (*bailli*) abbatiae eius (cf. quae ex Septeri manuscrits de la bibl. d'Orléans 1820 p. 12 seq. rettulit Blumius MG. LL. 3 p. 590). Inter ea ad codicem Theodosianum pertinent folia quattuor diversorum codicium omnia.

A f. 100, de quo supra rettulimus ad 2, 7, 2.

B f. 98, in cuius versa legitur novella Valentiniani 34, 1, in recta, sed manu alia, Th. 14, 18, 1.

C f. 94, in quo leguntur constitutiones 4, 8, 8, 4, 10, 2, 3, 4, 11, 1, 2.

D f. 95, in quo leguntur constitutiones 4, 12, 1, 2, 3, 6, 7, 8.

His duobus foliis scriptis saec. XI/XII quae continentur constitutiones, eas primus edidit Cuiaci a. 1566, in præfatione 'constitutiones perelegantes de S. C. Claudio', id est quae sunt in folio 95 acceptas referens Petro Pitheo. Nostra aetate primus ad codicem unum advertit Max. Conrat (*Zeitschrift der Sarigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, römische Abtheilung* vol. 9 a. 1888 p. 388). Fragmenta *C. D* quamquam sunt codicum diversorum (alter f. 94 formae fuit maxima scriptus paginis bipartitis, alter f. 95 formae mediae scriptus versibus longis), nihilominus videntur referenda esse ad eandem constitutionum syllogen. Ea cum in universum sequatur formam breviarii habens ad singulas constitutiones interpretationem adiectam (4, 11, 2 interpretatio imperfecta est folio finiente;

¹⁾ Catalogus codicum ciuius monasterii factus a. 1552, quem ex cod. Parisino nouv. acq. 137 edidit Leop. Delisle (*notices et extraits des manuscrits* tom. 31 [1884] p. 426), similium voluminum non meminit.

4, 12, 2 librarius interpretationem solam posuit textu omisso), nihilominus proprius accedit ad Theodosianum integrum quam ad breviarium. Neque tamen illum integrum repreäsentat; nam in tituli de senatus consulto Claudiano (4, 12) parte ea, quam plenam habemus in codice *T*, adsunt constitutiones duae 4, 12, 4 et 5 in nostra sylloge deficientes. Cum breviario ubi conferimus quae his foliis continentur, titulus de senatus consulto Claudiano a breviario abest; in folio altero quae sunt, composita cum iis quae in breviario respondent:

- [*brev.* VIII: de liberali causa]
4, 8, 8 *Vat.*¹⁾ (*modo recte ad hunc titulum referatur*)
[4, 8, 9 *brev.*]
[*brev.* VIII: de his qui a non domino manumissi sunt]
[4, 9, 1 *brev.*]
Vat. XXXV, *brev.* XI: de libertis et eorum liberis
[4, 10, 1 *brev.*]
4, 10, 2 *Vat.*
4, 10, 3 *Vat.*
Vat. [XXX]VI: de longi temporis praescriptione
4, 11, 1 *Vat.*
4, 11, 2 *Vat.*

declarant post 4, 8, 8, quam probabile est locum habuisse in titulo 'de liberali causa', deficere in folio nostro leges duas in breviarium receptas eiusdem tituli extremam et sequentis 'de his qui a non domino manumissi sunt' unicam; tituli sequentis 'de libertis et eorum liberis' abesse legem primam in breviarium relatam, adesse l. 2. 3 in id non receptas; sequi titulum 'de longi temporis praescriptione' in breviario omissum. In summa igitur leges in breviarium relatae absunt ab his foliis omnes et sylloge, ex qua haec folia supersunt, non auget breviarium insertis ei ex integro corpore constitutionibus, sed leges Theodosiani integri in breviario omissas tantum non omnes cum simili interpretatione ad breviarium addit. — Qui contendunt hinc comprobari aliquando Theodosianum integrum interpretationem Anianae similem habuisse indeque et eam pendere quam habemus et harum reliquiarum similem, non video quomodo explicit breviarii constitutiones nullas in hac reperiri. — Titulos quomodo huiusc syllogae compilatos numerarit, parum appetit; numeros XXXV et [XXX]VI libri Vaticanii item fuisse in integro Theodosiano quominus statuamus, obstant numeri, quos codicis *T* reliquiae ad 4, 13, 14 habent.

XI. 4, 20, 2.

4, 20, 2

Libri 4 constitutio ut nunc numeratur 20, 2 ad codicem Vaticanum reginae 1128 (p. LXXX) in fine adscripta est cum praescripto 'ex corpore Theodosiano librum sub titulo XXVIII constitutio sexta'. Quinam liber intellegatur, dubium est.

XII. 6 rubr. 1. 2.

6, 1. 2

Sexti libri rubrica secunda *de senatoria dignitate* in breviario omissa adest, ut supra p. LXXXIV observavimus, in libro Ambrosiano videnturque in eo adfuisse una pluresve constitutiones in reliquias breviarii libros non relatae; sed codex mutilus eo non pervenit neque extat similis alter.

XIII. 14, 7, 2 (Haenel).

14, 7, 2

Constitutionem pariter atque 3, 18, 2 (Haenelii) in solo libro *L* inventam insertam titulo de collegiatis (14, 7) dixi p. LXXVIII sumptam esse ex interpretatione novellarum Theodosii.

XIV. Lib. 16 ad codd. *AEOYD* et Paris. 10743.

l. 16

Librum Theodosiani XVI fuse tractantem de rebus ecclesiasticis in ipso breviario aequo atque in reliquis factum est compendiatum librarii vel potius eorum temporum prudentes auxerunt diversa ratione, ita tamen, ut in omnibus breviariis pro fundamento sit. Ex exemplaribus iis duo sunt supra recensiti inter codices breviarii integri, Eporediensis *E* et Oxoniensis *O*. Tertius Ambrosianus C. 29 inf. = *A*, de quo item egimus, cum

¹⁾ *Errore huic legi Conratus ait praescribi in codice titulum de liberali causa.*

ipse ad l. XVI non perveniat, indicem rubricarum, ut vidimus p. LXXXV, ita fere formavit, ut haec additamenta requirunt. Restant duo libri qui non habent nisi librum XVI Berolinensis Phillipssianus 1741 Y et Parisinus 12445 D, item excerpta Hincmariana et epitome Parisini codicis 10753, de quibus iam tractabitur.

Y Berolinensis Phillipssianus 1741 (Haenel 51 = 71; Rose n. 82), quem explet (ut observavit Haenel, const. Sirm. p. 411) folia duo hodie inserta codici Vaticano reginae n. 1283 f. 95. 96 inserenda Berolinensi inter folia 189 et 190, saec. X, origine est Remensis, unde venit in collegium Parisinum Claromontanum et cum ea bibliotheca in Meermannianam, deinde in Phillipssianam, denique in regiam nostram. Eum tractatum esse a Sirmondo constat, quoniam f. 194 quaedam adsunt manu eius adscripta, nec magis dubitari potest constitutionem Th. 16, 6, 4, quam Sirmondus syllogae ab eo nuncupatae editioni publicatae a. 1631 ultimo loco (n. XXI) adiecit, ex ipso hoc libro eum expressisse. Nam quod ait in praefatione post constitutiones XVIII ex libro primario desumptas alias (n. XIX. XX. XXI) se addidisse 'partim ex codice Pithoeano, partim ex Corbeiensi', cave ad hunc librum referas. Scilicet Pithoeanus, unde venit n. XIX constitutio Honorii *inter publicas* (Haenel corp. leg. p. 298), hodie est Parisinus 1564 (Maassen *Quellen* p. 604), nequaquam, ut ait Val. Rose in catalogo codicum Phillipssianorum p. 171, Berolinensis Lat. 270. Corbeiensis autem, ex quo venit n. XX constitutio Theodosii II *audiamus* (Haenel corp. leg. p. 241), est hodie Sangermanensis 936 sive Parisinus 12027 (Maassen *Quellen* p. 556). Tertiam constitutionem unde sumpserit, adnotare oblitus est. Ad syllogen decretalium Dionysianam miscellanea complura ad ius canonicum spectantia codex addit, quae enumerantur plene in catalogo Rosuno citato; excerpta ex Theodosiano habet haec:

1. Berol. f. 179—188 sub praescripto *incipit lib. XVI* Theodosiani librum eum ita auctum, ut infra exponitur.
2. Berol. f. 188. 189 Vat. (incipiens Sirm. 3, 7 *perpetrata et contra leges*) f. 95. 96 constitutiones Sirmondianas 1—7, ut item infra explicatur.
3. Vat. f. 96. Berol. f. 190 sub praescripto *ex libro Theodosii VIII* constitutiones breviarii 9, 1, 1 (haec addita est m. 2). 5. 9 (incipit Berol. *1 *proposita*). 10. 11. 12. 14. 15. 18. 19; adsunt interpretationes. — De adnotationibus et huius codicis et gemelli eius qui sequitur, quae habent varias lectiones alias libri sancti Dionysii breviarii omnino, alias Theodosiani integri nostri V, egimus supra (p. XLV).
4. Berol. f. 191 sub praescripto *ex lege Theodosiana libro I* constitutiones breviarii 1, 1. 2.

D Parisinus Lat. 12445 (= Sangerm. 366; Haenel 50 = 72) saec. IX/X gemellus praecedentis (quae in eo continentur, recenset Haenel const. Sirm. p. 415, brev. p. LXXXV) haec habet ad nostram editionem pertinentia:

1. f. 187'—194' codicis lib. XVI
2. f. 194'—196' constitutiones Sirmondianae 1—7 | ita ut infra ostenditur.
3. f. 196—198 sub praescripto *ex libro Theodosii VIII* Th. 9, 1, 1. 5. 9. 10. 11 (inter inscriptionem et ipsam legem interponuntur haec: *ex interpretatione legis Martiani* [nov. 1]. *Si quis adversarium aut repetitione . . . ut actor rei forum sequatur. Secundum has leges decretiv Carthaginense concilium capitulum XXX*). 12. 14. 15. 18. 19.
4. f. 198 sub praescripto *ex lege Theodosiana libro I* constitutiones I. 1, 1. 2.
5. f. 210 Th. 2, 26, 2: '*in libro secundo legis Theodosianae cap. XXVII de finium regendorum*'.
6. f. 213. 214 '*in libro III Theodosianae legis cap. XII de re iudicata*'. Th. 4, 16, 2. tit. 17, 2. 5, tit. 18, 1. 2; subicitur: *secundum has leges decreverunt canoness Cartagn. concilii cap. XV, cap. XVIII et cap. XX et Africani concilii cap. LXV et cap. LXXII et cap. LXXXVIII et LXXXVIII et XC et sanctus Gregorius multoties sicut subsequitur* (sequitur Gregorii papae ep. 11, 24 H. (= 11, 37 M.).
5. f. 216'. 217 '*in XI libro Theodosii cap. XIII de fide testium et instrumentorum*' Th. 11, 39, 2. 3. 7. 9. 10. 12. 13. Sequitur (ex Paulo 5, 32): *XXXIII quando appellandum sit.*
6. f. 219 (praecedunt verba: *in Africano concilio cap. LXVIII de sententia ferenda in contumacem*) '*in libro nono cap. XXVIII*' Th. 9, 39, 3; '*in libro XI theodosianae legis*

— LXXXIX —

cap. XI q. a. n. r.; 11, 36, 1 'ex libro XI legis th. cap. XI' lex 20; et in libro XI th. l. scriptum est' lex 21.

7. f. 220^r—223 Th. 4, 18, 1. 2 (denovo) tit. 19, 1. tit. 20, 1. 3. tit. 21, 1. tit. 22, 1—6.

Adnotations in marginibus adscriptas edidit Iac. Flach *Études critiques sur l'histoire du droit romain au moyen âge* (Paris. 1890) p. 153 seq. (cf. p. 81 seq.).

Hincmarus archiepiscopus Remensis († 882) quae ex Theodosiano attulit composuit *Hincmar* diligenter collecta (opera ed. Sirmondus 2 voll. Parisiis 1645 cum supplementis apud Harduinum acta concil. vol. 5 p. 1347 seq.) Max. Conrat *neues Archiv* 24, 349 seq. Exceptis paucis locis sumptis ex corpore Quesnelliano similive (supra p. LXII) nullam constitutionem ex libro XVI Theodosiani Hincmarus affert non receptam in codicem Y et ipsum origine Remensem. In iis, quae etiam in breviario leguntur, adest ut in Y ita apud Hincmarum interpretatio Alaricia; titulus quintus Hincmaro (ad 16, 5, 1) est *in libro decimo sexto Theodosianae legis caput quartum* pariter atque in Y; adest constitutio Sirmondiana 3 (opp. 2, 325); lectiones etiam interpolatae (ut 16, 2, 8, 2 — 16, 2, 30, 4 — 16, 2, 38, 4) eadem sunt. Etiam Auctario primo (supra p. LXXXIII) Hincmarum usum esse ostendunt quae adnotavimus ad constitutionem 4, 17, 1; eam quod scribit reperiri *in libro sexto titulo decimo nono* cum nequeat sic, ut proposuit Savigny (*Gesch. des röm. Rechts* 2^o p. 283¹), explicari ex numeratione librorum Theodosiani in exemplari Hincmariano a genuina diversa, Hincmarus videtur numeros breviarii ponere voluisse aut ipsius culpa aut librariorum corruptos. Hincmariana adlegavi, etsi utilitatem propriam nullam praebent (cf. tamen 16, 2, 31, 22). Notabile est 16, 2, 41 eius, qui clericum nocentem accusat, intentionem *laudabilem* dici in codicibus probis *VEY**, *inlaudabilem* ab Hincmaro cum *Y^bDO*, *miserandam* in codice Berol. Phillipps. 1745 Sirmondiana syllogae, interpolatione tam ridicula quam pia.

Sylloge juris canonici, quam exhibet praeter alios liber Montecassinensis n. 522 (egit *Cassin. 522* de eo Frid. Thaner comm. minor. acad. Vindobon. cl. phil. hist. vol. 89 [1878] p. 601 seq.) compilata saec. X/XI in titulo III 'de privilegiorum auctoritate' c. 33—38 sex Theodosianas constitutiones recenset 16, 8. 16. 26. 29. 30. 34, quae unde veniant praescriptum declarat: *ex epistola Hincmari archiepiscopi ad Karolum regem*, quod cum ipsis constitutionibus mea causa Amellius bibliothecae eius praefectus transcripsit. Vere inveniuntur in editione Sirmondiana operum 2 p. 318 seq.

Benedictus quoque Levita usus est exemplari Theodosiano similiter aucto; nam constitutionem Sirmondianam primam, ut ad eam adnotavimus, imperator ficticius Karolus l. 2 c. 366 ait sumpsisse se *ex sexto decimo Theodosii imperatoris libro capitulo videlicet XI ad interrogata Abborii ducis illi et omnibus rescriptam*. Ulterius id nos non sumus persecuti. *Ben. Levita*

Epitomae Breviarii servatae in uno codice Parisino Lat. 10753 (= suppl. Lat. 215) saec. X/XI, Scintillae vocabulum auctor inscripsit (Haenel brev. p. XXVI. LXXIX; cf. praeterea de hoc libro editores legis Alamannorum MG. LL. III p. 1 et LL. N. G. V, 1 p. 12 et legis Ribuariorum MG. LL. V p. 195). Codex antea fuit, ut ipse testatur, *ecclesiae beati Launomari* (= St. Lome de Blois; cf. Delisle *cabinet des mscr.* 2, 406), eandemque fere originem indicat, quod Aldricus Cenomanensis (Le Mans) ecclesiae episcopus instrumento conscripto a. 898 locum Th. 2, 15, 1 iuxta huius epitomae formam affert (Savigny *Gesch. des röm. Rechts* 2^o p. 120), unde praeterea efficitur ante eum annum epitomam compilatam esse. Continentur volumine complura ex legibus Romanis et Germanicis desumpta enumerata diligenter apud Haenelium; excerptis ex Theodosiano quae leguntur f. 9—48 praescribitur *capitula de lege Romana*, subscribitur *explicunt ex corpore Theodosiani libri sedecim*. Eorum excerptorum, quae sub vocabulo 'epitomae suppl. Lat. 215' breviarii editioni inseruit Haenelius, fundamentum, ut exposuit editor, est epitome Aegidiana, quacum passim haec ad verbum convenit; sed adsumpsit compilator praeterea duos Breviarii libros, alterum ex genere eorum, qui textu omisso interpretationes solas referunt, alterum similem nostris *EYOD*, sed eo nomine ab iis discedentem, quod cum hi additamenta nulla habeant ad libros XII—XV, epitome adiciat rubricas epitomatique constitutiones has:

THEOD. I.

- 12, 18 rubr. *si curialis relicta civitate rus habitare maluerit et l. 2*
 13, 3 rubr. *de medicis et professoribus* et l. 3
 4 rubr. *de excusatione artificum* et l. 2
 10 (sub rubr. *de censu sive adscriptione*) l. 3. 6
 11 rubr. *de censoribus et peraequatoribus et inquisitoribus* et l. 5
 14, 18 rubr. *de mendicantibus et invalidis* et l. 1
 15, 1 (sub rubr. *de operibus publicis*) l. 7
 14 (sub rubr. *de infirmandis his quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt*) l. 9.

Librum XVI in codice ita ordinatum esse ut ordiuatur in libris supra nominatis laterculus ostendit. — Ad 4, 22, 4 quae habet epitome alibi non reperta, sine dubio insiticia sunt.

Quinque hi libri *EYDO* et epitome Parisina quomodo Breviarii librum XVI auxerint, monstrat tabula subiecta. Numeri constitutionum intra cancelllos positi distinguunt receptiones in breviarium; rubricae intra cancelllos positae in libro eo de quo agitur deficiunt.

Eporediensis 35 = E (cum Rosnyano et Paris. 4406 = *E)	Parisina epitome cod. 10753	Berolinensis Phillipps. 1741 = Y (cum Vat. reg. 1283) et Parisinus Sangerm. 12445 = D	Oxoniensis = O
I de episcopis ecclesiis et clericis 16, 2, [2]. [12]. [23]. [35]. [39]. [44]. ¹⁾ 1. 3—11. 13—22. 24—34. 36—38. 40—43. 45—47.	I de fide catholica 16, 1, 3 II de episcopis ecclesiis et clericis 16, 2, [2]. [12]. [23]. [34]. [39]. [44]. 1. 2(?). 3. 4. 8. 9. 10. 14. 16. 19. 20. 26. 29. 30. 31. 34. 38. 40. 41. 47	I de fide catholica 16, 1, 2. 3 II de episcopis ecclesiis et clericis 16, 2, [2]. [12]. [23]. [35]. [39] (<i>int. om. Par.</i>). [44]. 1. 2 (<i>denuo additeturque in margine</i> : iteratur haec sententia). 3. 4. 8. 10. 14. 16. 19. 20. 26. 29. 30. 31. 34. 36. 38. 40. 41. 47	I de fide catholica 16, 1, 2. 3
II de fide catholica 16, 1, 1—4	III de his qui super religione contendunt 16, 3. 1. 2	III de his qui super religione contendunt 16, 4, 2	II de his qui super religione contendunt 16, 4, 2
III de monachis 16, 3. 1. 2	III de sanctum baptismum iteretur 16, 6, 4	III de his qui super religione contendunt 16, 4, 2	III de episcopis, clericis ecclesiis 16, 2, [2]. [12]. [23]. <i>auct. ex Sirm. 2]. Sirm.</i> [39]. [44]. 1. 3. 4. 8.
III de his qui super religione contendunt 16, 4, 1—6	V de apostatis 16, 7, [3]. 1(?) (VI <i>deficit</i>)	III de his qui super religione contendunt 16, 4, 2	14. 16. 19. 20. 26. 30. 31. 34. 36. 38.
V de haereticis 16, 5, 1—66	VII de Iudeis, caelicolis et Samaritanis 16, 8, 1. [5]. [7]. 6. 28	IV de hereticis 16, 5, 1. 4. 51. 52. 53. 60. 59. 63 ²⁾	41. Sirm. 1. 6
VI ne sanctum baptismum iteretur 16, 6, 1—7	VIII ne Christianum mancipium Iudaeus abia (<i>sic</i>) 16, 9, [1]. 2. 3	V ne sanctum baptismum iteretur 16, 6, 4 ³⁾	III de hereticis 16, 5, 1. 4. 51. 63
[VII de apostatis] 16, 7, 1—7	VIII de paganis, sacrificiis et templis 16, 10, 21	VI de apostatis 16, 7, [3 <i>int.</i>] 1	V de Donatistis 16, 5, 52
[VIII de Iudeis caelicolis et Samaritanis] 16, 8, 1—28		VII de Iudeis caelicolis et Samaritanis 16, 8, 1. [5]. [7]. 6. 16. 27. 28	16, 6, 4
[VIII ne Christianum mancipium Iudaeus habeat] 16, 9, 1—5		VIII de paganis, sacrificiis et templis 16, 10, 10. 21	VI de Ioviniano 16, 5, 53
[X de paganis, sacrificiis et templis] 16, 10, 1—25			VII de Eunominianis ceteris 16, 5, 60
			VIII de Manicheis 16, 5, 59
			VIII de apostatis 16, 7, [3]. 1
			X de Iudeis 16, 8, 1. [5]. [7]. 6. 16. 27. 28
			16, 9, 2
			XI de paganis 16, 10, 10. 21

¹⁾ 16, 2. 44. 1. 3—5. 6 (ex parte). 7. 8 (ex parte) deficiunt in Parisino folio 6 lacero.

²⁾ 16, 5, 60 (fin.). 59. 63 et 16, 6, 4 in Parisino desiderantur folio inter f. 192 et 193 deperdit.

Eporediensis 35 = E (cum
Roonyano et Paris. 4406
= *E)

[XI de religione]
16, 11, 1–3
VII de apostatis
16, 7, [3]
VIII de Iudeis caelicolis
Samaritani
16, 8, [5]. [7]
VIII ne Christianum mancipium Iudeus habeat
16, 9, [1]. [4]¹)
X de religione
16, 11, [1]. [3]¹)
de episcopali iudicio
Sirm. 1. 2. 3

Parisina epitome
cod. 10753

X de religione
16, 11, [1]. 3
XI de episcopali iudicio
Sirm. 1
Explic. de corpore Theodosiani codicis libri XVI
de sacerdotibus innoxiiis
et de inquietis atque de-
iectis
Sirm. 2
de his qui tempore neces-
sitatis collecti sunt
Sirm. 5
ut praeter quinque capi-
talia crima
Sirm. 3

Berolinensis Phillipps. 1741
= Y (cum Vat. reg. 1283)
et Parisinus Sangerm. 12445
= D

X de religione
16, 11, [1]. 2. 3
XI de episcopali iudicio
Sirm. 1. 2. 3
XII de Iudeis
Sirm. 4
XIII de his qui famis tem-
pore sunt collecti (*ante 6*
Berol.)
Sirm. 5. 6
XIV de his qui pro pa-
schali festiuitate de car-
cere educuntur
Sirm. 7

Oxoniensis = O

XII de his qui famis tem-
pore collecti sunt
Sirm. 5
XIII de his qui pro pasche
de carceribus liberantur
Sirm. 7
XIV de religione
16, 11, [1]. 2. 3

Constitutiones in breviario omissas Eporediensis omnes inseruit, sed ita, ut ad breviarium daret rubricam primam, pleni textus primam in breviario omissam ficeret secundam, numeros duorum textuum diversos ita conciliaret, ut suppressis rubricis VII—XI textus pleni post constitutiones earum descriptas breviarii rubricas quattuor ultimas antea ex pleno textu datas integras repeteret ex breviario decurtatas. Quattuor reliqui libri YDO et epit. Paris., item Hincmarus, contaminati et ipsi ex breviario textuque integro, fere consentiunt. Breviarium quas habet constitutiones, adsunt in omnibus omnes fere (16, 9, 1 excidit in O), ex omissis ab Alaricianis selectae tantummodo, sed fere eaedem in omnibus. — Sirmondianas constitutiones adiungunt hi Theodosiani libri omnes, sed numero diverso, septem Phillipsonianus et Sangermanensis, easdem omissa quarta Oxoniensis, quatuor epitome Parisina, tres Eporediensis. — Librorum horum originem communem praeter ea quae modo exposuimus lectionibus quoque confirmari infra apparebit.

XV. Lib. XVI ad cod. L.

I. 16 cod. L

Parisinus Lat. 4403, nobis L, librum XVI item dedit contaminatum ex forma breviarii et codice pleno vel pleniore, scilicet

- I. de episcopis aecclesiis et clericis
[ex breviario]
- II. de fide catolica
16, 1, 1. 2
- III. de monachis
16, 3, 1. 2
- IV. de his qui supra religione contendunt
16, 4, 1
- V. de haereticis
16, 5, 3
- VI. ne sanctum baptisma iteratur (*sic*)
16, 6, 1
- VII. de apostatis
[16, 7, 3]
- VIII. de refugione (*sic*)
16, 11, [1.] 3. 2.

¹) Constitutiones duas 16, 9, 4 et 16, 11, 3 adfuerunt in exemplo Breviarii eo, quod librarius adhibuit; v. p. XCII c. XVI).

Hiatum codicis Eporediensis 16, 5, 3, 3 quamquam *L* explet, fortasse huic quoque libro aliqua cognatio intercedit cum iis de quibus modo egimus; certe 16, 11, 1, 2, ubi *agitare* et integer codex et breviarium habent, *iudicare* substituunt libri aucti, in *L* dittographia est *agitare iudicare*.

16, 9, 4. 16, 11, 3 **XVI. 16, 9, 4. 16, 11, 3.**

Constitutiones duae 1.4 ne Christianum mancipium (16, 9) et 1.3 de religione (16, 11) adsunt in codicibus breviarii integri Aurelianensi (*K*) et Gothano (*G*) et Eporedensi etiam in parte ea quae breviarium reddit (*{E}*), prior in Lugdunensi (*Q*), posterior in Legionensi (*H*); praeterea utraque est in decurtatis tribus iis ipsis, qui habent constitutionem 3, 12, 1 Bernensi 263, Parisino 4409, Vaticano reginae 1048, posterior item in decurtatis Parisinie 4414. 4415.
